



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 121. Negotii de concordatis exitus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæcul. XVI. varræ ac Neapolitanæ portionis restitutio
 A C. 1516. Arbitrorum iudicio relinqueretur. Ve-
 rum hoc foedus commentitium esse cense-
 mus.

Ceterum Carolum, cum hæc condi-
 tiones admodum duræ essent, potius ca-
 lamo quam animo huic foederi accessisse,
 brevi eventus docuit. Nihilominus in
 utroque Regno hæc pacta solemnî pom-
 pa, atque haud vulgaribus lætitiæ signi-
 ficationibus promulgabantur, quin imo,
 ut major adhuc foederi firmitas accede-
 ret, ejusque violationi obviaretur, am-
 bo Reges vicissim sese Ordinum suorum
 insignibus velut immotæ fidei tessera ho-
 norabant, & quidem Franciscus Carolo
 equestre signum S. Michaelis a Ludovico
 XI. erectum, Rex vero Hispaniæ Gallia-
 rum Regi aurei velleris Ordinem dona-
 vit, quem Philippus Bonus Burgundiæ
 Dux ex linea materna Caroli tritavus in-
 stituerat.

§. CXXI.

Negotii de concordatis exitus.

*Pinsson hist.
 pragm. &
 Concord.
 p. 727
 Hist. de la
 Prag. & du
 Concord. par
 Dupui. Pa-
 ris. 652.*

Jam supra meminimus, Galliarum Re-
 gem in Bononiensi congressu summo
 Pontifici supplicasse, ut Pragmaticam
 Sanctionem confirmaret. Verum Leone
 X. hanc propositionem reiiciente, Pratus
 Cancellarius pactorum, quæ *Concordata*
 vocant,

vocant, formulam exhibuit, qua Pragmatica penitus aboleretur. Ipfus huic operi manum admovit, duorum Cardinalium, quos Papa hanc in rem nominabat, opera adjutus: priusquam verò hæc pacta Lateranensi Concilio confirmanda traderentur, Franciscus I. Rogerium Brame in Parisiensi Parlamento Regis Advocatum Romam decrevit, dato negotio, ut causam hanc operose prosequeretur, Bullasque rei congruas a Pontifice impetraret. Rogerius Regis iussa sollicitè exequitur, eidemque significat, quod a Papa ejusque Senatu decretum esset, quosdam Bononiensis pacti articulos nonnullis terminis circumscribendos; Rex quidem disertis verbis Rogerio rescripsit, quod articulis Bononiæ conventis exacte insisteret, illo tamen Papam flectere haud valente Franciscus cedere compellebatur.

Secul. XVI.
A.C. 1516.

Comment.
sur les libertés de l'Église Gall.
par Pithon.

§. CXXII.

*Congregatio Generalis ante Sessionem
XI. Concilii Lateranensis.*

Die decima quinta Decembris habita est in Palatio Apostolico Congregatio generalis, in qua decreta in undecima Sessione Lateranensis Concilii proxime proponenda discutiebantur. Omnibus Congregatis quidam, quem Synodus a

Labbe Coll. Conc. t. 14. p. 280.
Hist. Eccles. Tom. XXXIII. L secre-